



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipué desumpta

Puente, Luis de la

Coloniæ Agrippinæ, 1625

§. 2. Varia media ad prudentiam obtinendam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39637

S. II. *Variamedia ad Prudentiam obtinendam.*

HINC licet aliqua media accipere, ad Prudentiæ virtutem obtinendam. Supponimus enim: diuinam prouidentiam non erga omnes ad eò liberalem se ostendere, atque erga Salomonem, cui regente & absq; ipsius labore eam infudit: id enim fuit rarum ac prodigiosum. Lex autem *ordinaria* est, vt omnes eam paulatim addiscant, industria propria & aliorum subsidio cooperantes diuinæ gratiæ; semperq; in primo loco. orationis frequentiam ponentes, ita vt, antequam Prudentiæ actus aggrediantur, *orationem* præmittant: vt Deus D.N. speciali luce ipsis assistat, ac faueat: amplectentes Tobia consilium ac documentum filio suo datum: *Omni*, inquit, *tempore benedic Deum; & pete ab eo, vt vias tuas dirigat, & omnia consilia tua in ipso permanent.* Præcipue tamen hoc est faciendum in negotiis *urgentibus*, & ita *implicatis*, vt humana Prudentia eorū exitū non inueniat: quemadmodū S. ille Rex factus est, cū in similibus angustiis constitutus dixit: *in cū ignoremus quid agere debeamus, hoc solū habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad Deum*, a quo & consilium & auxiliū expectamus. Idem quoq; faciendū est in casibus *repente occurrentibus*, ad quos humana solertia non attingit: vt sic accedat diuina, quæ eius defectus suppleat, quemadmodū euenit Dauidi confugiendi ad Regem Achis, vt Saulis persecutionem effugeret: Nam cū ibi etiam in mortis periculum incidisset, ex Dei inspiratione sinxit se *in insanum*: & sic liber euasit. Et cum primum Salomon sedit, in throno suo expediuit repente solennem quandam litem *inter duas mulieres meretrices*, cū vtraq; *vellet esse mater cuiusdam infantuli*, & cū nullum esset humanum medium, ad id probandum, ac proindē necad litem rectē decidendā, *instit infantem diuidi in duas partes*, quòd, cū altera audiret, cōmiseratione cōmota est; altera verò potius, vt fieret optabat; iudicium tulit rex ex illa commiseratione, illā esse veram infantis matrem. Cuius iudicij fama peruagante totus populus timuit Regem, agnoscens eum sapientiam habere, ac spiritum Dei ad eos gubernandos. Et quando Deus vult Reges ac Iudices apud ipsorum subditos commendare, vt magnam de illis opinionē concipiant, id facit in huiusmodi casibus, in quibus prouidentia & sapientia Dei elucet, per ipsos gubernatis.

I. ORATIONE supposita, necesse est Prudentiæ obices remouere; qui, etsi multi sint, ad *tria* tamē capita possūt reuocari. *Primum* est quælibet *inordinata affectio* ad personas aut res terrenas, quales sunt voluptates, diuitiæ & honores: huiusmodi enim affectio instar est *nubis* oculos rationis offuscantis; & *turbis* iudiciū intellectus deprauantis: vt nigrum iudicet album; & contrā, albū, nigrum. Affectus enim trahunt post se discursus, & rationes, & affectiones carnales & terrenæ extimulāt falsam Prudentiam, quā Apostolus p *Prudentiam carnis* appellat, *Deoq; inhibitam*, eò quòd nō sit lege Dei subiecta,

Prudentia
ratione ac
quiritur.

l Tob. 4. 20.
Maxime in
difficilibus.

m 2 Par. 20
12.

et Fortuitis

n 1. Reg. 21.
4.
o 3. Reg. 3.
16.

I.
Tollatur o-
mnis affectio
inordinata.

p Rom. 8. 6.

veræ

vere spiritus Prudentiæ contraria; sagax, vigilans, & astuta, in mediis inueniendis, vt prauorum votorum compos euadat. Quemadmodum villicus ille, de quo dicit Euangelium, quod cum Dominus illi dixisset: *q redder rationem villicationis tue: iam enim non poteris villicare, dixit intra se. Scio quid faciã, vt amicos mihi comparem, qui cum amotus fuero a villicatione, recipiant me in domos suas. Et conuocatis debitoribus Domini sui, partem debitorum remisit, deprouando chirographa, quæ prius fecerant, ex quo facto intulit Saluator: filios huius sæculi prudentiores filijs lucis in generatione sua esse. Vt plurimum enim vehementes affectus, eò quòd carnis palato conformes sint, magis ingenium exacuunt, & maiorem astutiam & peritiam efficiunt, vt, quod quærunt, obtineant. Ideoq; nisi illi mortificentur: non poterit illis vera Prudentia præualere, quæ multum ex eo pèdet, quòd affectiones huiusmodi deuetæ sint, ac resignatæ. Et ideò, dixit S. Thomas, quod quemadmodum Prudentia virtutes morales regit, in moderazione suarum passionũ: ita ipsæ morales virtutes, moderantes ipsas passiones, Prudentiam adiuuãt, vt eas benè gubernare nouerit. Quod si Dei amor, & pij, sanctique ab eo prouenientes affectus, essent vehementes, exacueret proculdubio discursus, & rationes ipsis fauentes; redderentque Prudentiam spiritus valdè perfectam.*

SED aliud obstaculum habet, *arrogantiam* scilicet sui ipsius, propriæque sapientiæ ac Prudentiæ: nullus enim minus est Prudens, quàm qui Prudentiam sibi arrogat: seque ipsum sapientem existimat; proprio iudicio confilioque ita fidens, vt alienum contemnat. In tales enim exclamat Isaias, dicens: *r va, qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis Prudentes.* Nam tales propria Prudentia decipit, & *consilium præcipitat*, cælique lux deserit: vt quæ superborum hominum sit hostis. Ideoque tolet Deus consilia sua *abscondere a sapientibus & prudentibus* in suis oculis, *paruulis* verò & humilibus *eadem reuelare*. Et qui se humiliauerit coram Deo, imprudentem se ac stultum iudicans: veram Prudentiam obtinebit. Scriptum est enim: *vbi est humilitas, ibi & sapientia.*

DENIQUE *tertius* Prudentiæ obex est quælibet *cordis turbatio*, siue ab ira, siue à vindicta, aut furore vitioso; aut ab inquieta naturali complexione aut aliundè turbata: Animi enim perturbatio iudicium obscurat, & non permittit ratiocinari; nec res, vt oportet, rectè perpendere. Ideoque valdè prudentes viri, cum se sentiunt *iratos*, abstinere à deliberatione circa agenda. quod si tunc aliquid statuunt agendum, ferè semper erratur: quia tunc ira maiorem habet locum; & plus decernit, quàm ipsa Prudentia. Quæ sedem suam in corde quieto & pacato habere solet. Ibi consulit, deliberat, iudicat, & imperat rectè: ita imitando supremum gubernatorem, de quo dicitur quod *x cum tranquillitate iudicet, ac disponat omnia.*

q Luc. 16. 1.

Prudentia
sæculi.1, 2, 9. 65.
a. 1.Prudentia
est virtutes,
se inuicem
iuuant.

2.

Arrogantia
absit.

c Isa 5. 21.

c Job, 18. 17.

c Mat. 11. 52

u Pro. 11. 2.

3.

Cordis tur-
batio esset.

x Sap. 12. 18.